

1648, 5 14

DISPUTATIO INAUGURALIS!

De

SCORBUTO

Quam

in nomine

S. S. ET INDIVIDUÆ TRINITATIS

DECRETO ET AUTORITATE

AMPLISSIMÆ ET GRATIOSISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ IN ILLUSTRIS A-

LANA.

PRO LICENTIA

Obtinendi Summos in Arte Medicâ honores & privilegia Doctoralia

PRÆSIDE

V I R O

Nobilissimo, Excellentissimo atq; Experientissimo,

DN. WERNERO ROLFINCK

Philos. & Med. D. Practicæ & Chimicæ P. P.

celebratissimo, Facultatis Seniore gravissimo, ac

Medico Ducali Saxonico splendiddissimo.

Dn. Præceptore ac Promotore suo, omni pietatis ac debite reverentia cultu suspiciendo

placidæ Philiatorum *ouκνητορ* subijcit

M. LAURENTIUS BLUMENTROST

Mülhuf. Thuring.

ad d. April.

Loco & Horis Consuetis

JENÆ Typis BLASII LOBENSTEINS

ANNO MDC XLIX.



DISPUTATIO IN ANATOMIA
DE
SCORBUTO

in forma
SIS ET INDIVIDUAE TRINITATIS

AVCTORE
FRANCISCO DE GRUBBER

PUBLICENTIA

in officio Senatoris et Medici

publicae Liberae

V. R. O.

MDCCCLXXII
WILHELMUS WERNERUS ROLANDUS

Medicus & Chirurgus in Civitate P. R.

celeberrimo Hospitalis Senioris & Villae

Medicus Quaevis Senioris Liberae

Liberae

Universitatis Liberae & Publicae

MDCCCLXXII
M. L. WERNERUS ROLANDUS

Medicus & Chirurgus





D. O. M. A.

THESIS I.

Mnem, quæ cum rectâ ratione suscipitur super aliquâ re institutionem & doctrinam, debere referri ad finem quempiam & scopum, cunctis iis, quæ præter eum præeunt, antiquiorem, h. e. facultate & dignitate potiorem, tam indubitata veritatis est sermo, ut ne *περίτης* quidem aut *ωρεσις* ulla citra eam sine vitio suscipi possit aut debeat. Quæ causa est, ut tanti finis in arte nostrâ prænotionem æstimaverit Galenus noster, ut constanter cum alibi passim, tùm *libro de Opr. sect. ad Thmsyb.* asseveret, τὸ δυνάμει τῶν τεχνῶν ἐκείνης θεωρηματικὸν τὸ τέλος ἀρχαίων καὶ νεωτέρων; & finem esse *καὶ νόμον τῆς τέχνης ἐστὶν ἅπαντων τῶν κατὰ τὰς τέχνας.* Unde non solum *1. de loc. aff. 1. & 3. de loc. aff. 1. Logicas quæstiones,* sed & *Sophisticas in prorrh.* appellat omnes illas, quæ ab artis usu prædefinitoq; sine discedentes, artificem quidem possunt facere doctiorem, non autem peritiorem.

II. Nobis ne ad hunc lapidem contingat impingere, ut necessariis neglectis ad ejus generis quæstiones & diverticula, quæ ab artis usu deflectunt, delabamur, dum SCORBUTUM varium & portentosum morbi genus sub placida disquisitionis limam publici speciminis loco auctoritate Illustriſſ. Facultatis Medicæ revocamus: ad eos disputationem nostram redigemus cancellos & limites, quos toti arti in *lib. de Arte* præscriptit Divinus noster Senex, Medicinam, inquit, eam esse, quæ in totum à morbis egros vindicet, & morborum vehementiam obtundat, neq; iis, qui à morbo victi sunt, manum admoveat, cum id Medicinam præstare non posse probè constet.

A 2

III. Quem

III. Quem triplicem Artis Medicæ scopum, ut pro ingenii modulo rite, ac, (ut decet eos, qui in Dogmaticorum potius castris stipendia mereri, quàm transfugarum more ad Empiricos desciscere malunt) *επιμυστος* assequamur, ante omnia necesse erit, ut *εἰδω* pariter & *ἠδω* hujus nostri affectus, quantum quidem fieri potest per naturam rei, exactè accurateq; cognitum & perspectum habeamus, cum ex eo omnis non solum *prædicendi*, sed & *præservandi ac curandi* dependeat ratio, & ceu apud Logicos ex præmissis conclusio, unicè inferatur.

IV. Ad hanc cognitionem feliciter obtinendam fore nobis pandet NOMINUM consideratio. Inter quæ vulgatissimum est *Scorbui* vel *Schorbui* vocabulum, ex vernaculo Danorum & Belgarum idiomate *Schorbunck* / quod lancinaria ventris alvini vermina, sive ut loquitur *Olaus M.* ipse Gothorum Archiepiscopus, l. 9. c. 38. de *genr. sept.* lancium stomachum, diris cruciatibus & diurno dolore tabefactum significat. Alii ab ejusdem linguæ vocabulo *Schorbeck* / exprimente *σομακάνην* *Strabonis* & *Plinij*, derivare malunt. *Regnerius Sney*, celebris aliàs Practicus, ut utramq; Græcorum vocem *σομακάνην* & *σκελοτιώτην* exprimeret, ceu pathognomonica in hoc affectu accidentia, *Gingipedij* vocabulum crassâ satis & pingui Minervâ, ut censet *Sal. Alberti*, effectum, ad Romanæ civitatis jus ambiendum orbis eruditi censuræ voluit submittere, quemadmodum de eo præter *Elienburchium in ep. ad Echtrium* id testatur *For. l. 20. obs. 11.*

V. Sub quibus nominibus ANTIQUITATI hic morbus fuerit cognitus, & utrum planè etiam in ejus noticiam de venerit, paulò videtur esse obscurius. Nobis non dubium est, quin sub vocabuli novitate antiquum tamen terris septentrionalibus agnitus sit hospitem, qui easdem causas Scorbutum inducere aptas natus omni ævo humano generi præfentes perpendere voluerit; ut nihil jam dicamus de antiquitatis præscriptione, in quam eum asserit nobile Polyhistorum par *Strabo* & *Plinius*, quorum ille l. 6. *Geogr.* in *Ælii Galli Rom.* exercitu in Arabiâ, *hic l. 25. hist. nat. c. 3.* in Germanici Cæsaris milite

milite, in tractu trans Rhenum maritimo, sub Scelotyrbes & Stomacaces nomine, affectum nostrum tam exactè, & ratione causæ inducentis, & signorum pathognomonicorum, describunt, ut ovum ovo vix possit esse similis.

VI. Ut ad Medicos divertamus antiquos, initio factò ab eo, qui omnis boni autor nobis fuit, ut est i. ad Glauco. c. i. Si ad eam, quam hodierna suppeditat experientia, Scorbuti ideam, velimus conferre, partim quæ habet sub *Ileò Hematite*, partim, quæ sub *magnis Lienibus*; non dubitandum erit, quin dicendum sit, ipsum ea, quæ ad naturã hujus morbi pertinent, multò exactius cognovisse, quàm plurimos hodie recentiorum.

VII. Έίλεον αίματίτην ita describit, lib. de int. aff. Ταδε εν τῷ νεσηματι περισπίνεσαι, εν τῷ σπύματι κακὸν ὄζει διπὸ τῶν ὀδόντων: καὶ τὰ ἔλλα αἰφίσταται: καὶ διπὸ τῶν ῥινῶν αίμα ῥέει: ἐνίοτε τε καὶ ἐκ τῶν σκελέων ἔλκεα ἐκφυλινθάνει: καὶ τὰ μύρ ὑγραινέται: Ταδε ἄλλα περισπίνεσαι, καὶ ἡ χρομὴ μέλαινα καὶ λεπτόδερε: Περιφοιτῆν ἢ καὶ ταλαιπωρεῖν εἰ περιθῆται, ut rectè hunc locum particulã negativã ad junctã correxerunt Foësius, Langius, & Reufnerus.

IX. Sub magnis lienibus eod. lib. de int. aff. ita eum delineat: Πάσχει ἐν τῷ ἔστω νεσηματι ταδε: γαστρικοὺς μετὰ τῷ ὀσπλην οἰδέει καὶ σκληρὸς ὄστι: καὶ ὀδύνα ὄζειαι ἐμπύπλισσιν ἐς τὸν σπλήνα: ἢ τῷ χρομὴ τρέπεται, καὶ ὄραται μέλας, ἐπιχρῶσ, σπδιοειδής: καὶ ἐκ τῷ ὀσπὸς κακὸν ὄζει, καὶ τὰ ἔλλα κακὸν ὄζει, καὶ τὰ διπὸ τῶν ὀδόντων αἰφίσταται, καὶ ἐκ τῶν κνημέων ἔλκεα ἐκρηγνύεται, ὀσπιδίπερ ὀππυκτίδες: ταὶ γὰρ λεπτούνεται: καὶ ἡ κόπτεται εἰς ὑποχωρεῖ. Quibus confinia sunt, quæ habentur 2. prorr. in fin. eaque Celsus fidelis interpres ad verbum ferè expressit l. 2. c. 6.

IX. Ab Hippocrate ut ad Galenum alterum Medicinæ parentem deveniamus, qui à Præceptore accepta universæ Medicinæ semina in messem excoluit; Si σπλήνες sunt ipse Scorbutus, credibile est profectò, ei tam non ignotum fuisse ipsum, quàm inter Hippocratæa nihil omnium, ut liceat mihi loqui verbis Sal. Albert. dist. de Scorb. §. 181. quippè qui σπλήνας, excellentiæ nomine à Præceptore nuncupatos, in 3. arb. com. 22. μεγάλως commentando interpretetur.

X. Quin & Strabonis atque Plinij relatio de castrensi morbo, compagem in genibus solvente, cum dentium casu, tam non fuit ignorata eidem, ut non solum pæne iisdem verbis describat l. 2. de nat. bum. com. 3. sed & proæm. epid. hist. ad eos autores sese referre in recitatione hujus morbi videatur.

XI. Mutuatus procul dubio ex hoc fonte, ut obitee id addam ex Sal. Alberti, nomen morbi castrensis Olau M. quod imponit Scorbuto, quem obsessis ex defectu carniū recentium esuque frigidi, indigesti ac falsi cibi supervenire scribit, l. 9. c. 38. & l. 16. c. 51.

XII. Hippocratem propemodum ad verbum expressere reliqui minorum gentium MEDICI GRÆCI, nominatim Calius Siccensis Methodicus l. 3. chron. c. 4. Æsculapius c. 43. Paulus l. 3. c. 49. Aretæus l. 1. c. 14. Trallian. l. 8. c. 10. & deniq; Maurorum princeps Avicenna l. 3. fen. 15. tract. 2. c. 5. ceu loca descripta & notata multiplici Langj, Reusneri, Ronsei, lectioni debemus.

XIII. Atq; sic rudimenta & quæsi *συναρροφίαν* Scorbuti nobis dedit antiquitas, procul dubio exhibitura longè uberiora, tam quoad naturam quàm curationem ejus, nisi rarior Græcis illis hominibus affectus continens fere sese intra proprii territorii limites observationum, illis Medicinæ proceribus, denegasset copiam.

XIV. Quod ergo recentiorum, in primis Ronsei, Echthij, Reusneri, Alberti, Horstij, Sennerti & c. & multiplicis experientia in hoc affectu viri, Engeleni debemus observationibus, de ejus naturâ, in medium producamus, sub hujus qualiscunque descriptionis angustiis, DEFINIENTES SCORBUTUM, quod sit peculiaris quadam totius corporis omniumq; ipsius partium cachexia, septentrionalibus potissimum & Baltici maris accolis endemia, dependens ex serosâ & ichorosâ sanguinis Cacochymia, productâ propter viscerum primæ & secundæ coctioni addictorum, in primis verò lienis, functionem frustratam; habens fere conjuncta Stomacacen, & Scelotyrben, ceu accidentia quadam pathognomonica, cum aliis plurimis morbis, & symptomatibus in actione tam naturali, quàm vitali & animali.

XV. Per

XV. Per CACHEXIAM, quæ GENERIS locum, obtinet, cum intelligi possit *modò accidens in qualitatibus corporis mutatis*, coloris videl. ex vivido in luridum conversio, cum habitus corporei laxitate & mollitie; *modò symptoma in actionibus lesis*, frustrata videl. & vitata partium nutritio; *modò ipsa intemperies & dispositio p. n.* universo corpori induta, hanc potissimum volumus intellectam. Dicimus autem *intemperiem*, non eam solùm quæ ex *qualitatum primarum excessu* resultat, intelligentes, sed principaliter eam, quæ respicit *occultas*, estque particeps singularis cujusdam pravitatis, ceu negotium hoc explicat in succinctis nervosissimisq; disputationibus, secundùm ordinem Rhasis Pathologici, Nobiliss. Dn. Præses. Hanc, ut vocavimus, ex veterum mente, *intemperiem*, si quis cum Fernelio appellare malit *totius substantiæ sive occultarum qualitatuum morbum*, nostrâ parùm intererit, cum sciamus esse hanc liticulam inter eas, quas ab artis usu remotas appellat Galenus, reverà, quò ad rem ipsam, consentientibus diversæ factionis partibus.

XVI. Cæterùm Cachexiam hanc dicimus *Endemiam & septentrionali* potissimumq; maritimæ ejus plagæ, ob communes eam inducentes causas in aëre, aquis, ac victu sitas propriam. Neq; tamen ideò negamus, quin malum hoc, patriis sæpe laribus relictis, in alieno hospitetur solo, & virus suum *æoegdon* & palatim evomat, cum satis constet ex Foresti, Pisonis, Fonsæ, Eugaleni &c. observationibus, non ignotum id adeò esse Superiori etiam Germania, Bohemiæ, Italia, Gallia, Lotharingiæ. Quin imò *alibi* fortè, locis *maritimis* propter communes Septentrionalibus causas Scorbutum posse grassari *endemium* hospitem, nullatenus repugnat. Quid enim Ælii Galli militi in expeditione Arabicâ ex aquarum insalubrium haustu contigerit, ex Strabone loc. *supra cit.* constat. Et refert etiam Fonsæa consult. 2. iis, qui primi Orientalem Indiam multâ navigatione invenerunt, ex aquæ fluminis cujusdam potu gingivas adeò in tumuisse, ut os eas vix caperet.

XVII. SUBJECTUM Scorbuti *adaquatum* est totum corpus, secundùm omnes & singulas ejus partes, cum nulla
earum

earum sit, quin eam ipsam cachexiam ex pravâ nutrientis humoris naturâ excipere, indeq; suos possit pati manes: *Principale*: amen & primarium procul dubio sunt viscera primæ & secundæ coctioni famulancia, utpote quæ non solum primò hanc pravam dispositionem recipiunt, sed & ei fere originem præbent, & continuo fovent.

XIIX. CAUSSA PROXIMA ET IMMEDIATA est *Cacoehymia sanguinis serosa* atque *ichorosa*. Per *Cacoehymiam Serosam* non intelligimus solummodò colluviem aquosæ humiditatis, ut censuit perperam *Reusnerus* in laboriosissimâ suâ *de Scorbutis* tractatione, sed consortium potius ejusdem aqueæ substantiæ, cum partibus multis crassis, terrestribus, fæculentis, tartareis, ac si ita placet loqui, *melancholicis*, cum sciamus, habere sese illud serum ad modum lixivii cujusdam, quod ex aquosarum, & terrestrium adustarum partium unione conflatum, aqueam nihilominus refert consistentiam. Quod *Vallesius* explicat ita, ut dicat, esse humorem hunc similem lacti vitioso, quod destitutum parte pingui & butyrosâ abit ferè in caseum ac serum tantum, 2. in 6. *epid.* 32. & 33.

XIX. Idque humoris hujus *serosi* & *ichorosi* ἐπεργεῖες plurima possunt demonstrare. *Tenuium videlicet* & *aquosarum* partium soboles sunt hæmorrhagiæ frequentissimæ narium, quarum exemplum habet *Hipp. 3. Epid. f. 6.* etiam sanguinis ichorosi fluxus per ipsa cæca cutis spiracula; sic observatum *Herculi Saxoniae*, teste *Schenck* in *obs. lienosis* sanguinem copiosius prorupisse, modò ex umbilico, modò ex scroto, nullo apparente foramine: Venam in crure apertam copiosissimum sanguinem ἀπὸν & ἰχνογεῖον per aliquot dies profudisse in Scorbutico, ne apparente quidem orificii aperti vestigio, observavit *Sennertus*: Quod idem alteri ex labiis accidisse ex *Doringio* notat *lib. de Scorb.* Sic gingivarum Splenetorum & Scorbuticorum sanguinem talem fundere crebrius, etiam lippis & tensoribus res est notissima. Habetque observationem singularem, lethalis, in prægnante, gingivarum hæmorrhagiæ, supervenientibus maculis rubris, & sudore sanguineo

sanguineo *Horsl. lib. 1. part. 2. obs. 15.* Quod pertinet urinæ tenuis & aquæ, quas propterea in longis febribus, parvis & vagis esse *αληθόειας* pronunciat *Hipp. in Coac. t. 594.* Sudores etiam, quibus iidem tantum non crebrius diffiunt; ceu novimus in quibusdam Scorbuticorum copiosissimis sudoribus nocturnis materiam vitiosam, subinde cumulatam, singulis noctibus per corporis ambitum evacuari, quibus qualicumq; de causâ subsistentibus, aut intempestivè inhibitis, eosdem pessimè habere; tum verò etiam salivationes crebræ, hydro pes etiam, in quos Scorbutus frequenter terminatur, vagabundaque dolorum per totum corporis habitum mobilitas, aliq; plurima *πὴς κακοχυμίας λεπτῶν* ostendere possunt.

XX. Non minora sunt *crassarum & terrestrium* partium indicia: Color certè niger, qui tingit sæpius excrementa cum *ὀφθαλμῶν* dejecta, satis prædominantis materiæ conditionem terrestrem atque limosam arguit, ut cunque propter aquosæ substantiæ commistam copiam non ita appareat terrestre illud crassamentum. Vidit in religioso quodam Splenetico *Valerius ex. 40. ad Hol.* ter aut quater in anno tumefactum lienem, cum colore totius corporis sublivido, erumpentibus per aliquot dies urinis nigricantibus & atramento simillimis, detumuisse, & ægrum ad pristinum statum rediisse. Quam etiam tincturam in cute efflorescensem de humoris naturâ in iisdem Scorbuticis contestantem sæpe conspiciam, si verum est, quod dicit *Gal. 4. de tuend. sanit. Solere cutem similem efflorescere humoribus*: hinc illæ maculæ erumpentes cum in universo corpore, tum in cruribus potissimè; imò icteriticus ille color, non semel in Scorbuticis observatus ex lienis affectu prodiens; quicquid etiam contra tendat *Platerus tract. 3. l. 1. c. 2.* ex negatione cavitatis manifestæ in Lienis substantiâ, ut & impossibili materiæ in venam cavam translatione, ad id erroris deductus præcipitium: Ut jam nihil dicam de pertinaciâ affectus; de causis ad crassarum, terrestrium ac melancholicorum humorum generationem aptissimis; de obstructionibus & scirthis, quibus nihil in hoc affectu frequentius; de siccis & contumacibus crurum ulceribus, neque

pus, neq; saniem ex se fundentibus; (falsus enim est Hieron.
Reusner. & experientia scuticâ dignus, dum, convenienter
suis hypothesibus, ea perpetuò tenui madere sanie feribit.)
denique de ipsâ curatione, quam *magnum Hippocratis argu-
mentum* solet appellare *Massaria*, ut ut eandem in casum pro
suâ afferendâ sententiâ producit modò dictus Reusner. *exerc. 4.
de Scorb.* Vidit nuper *magni nominis Præticus*, in foeminâ
quâdam Scorbuto laborante, ingentem tartari rubicundissi-
mi copiam, haud absimilem illi, qui in urinis Scorbutico-
rum matulæ lateribus adhærescere solet, *ὄξυρροή* per cor-
poris habitū expullam; quæ utrum non ex eodem serosâ hujus
cacochymia fonte prodierit, aliis decernendum relinquo.

XXI. Esto igitur hoc ratum, serosam peccare in Scor-
buto cacochymiam, constantem & parte tenui & aquosâ;
(ὕδωρ & ὑδρωπι hac de causâ appellat Hipp. l. 4. de morb. l. de
genitur. & l. de morb. mul.) & parte crassâ & terrestri; (μέλαια
καὶ μέλαινα χολήν propterea appellat idem l. de nat. hum. 4.
18. & seqq.) Quia tamen omnes serosis & crassis abundante
humoribus melancholici, quos tamen ideo non statim Scor-
buticos aliquis dixerit; addimus, cacochymiam hanc esse *icho-
rosam*, h. e. per corruptionē transmutatâ, & ad specificam quasi
κακοήθειαν redactam; hæc enim Hippocratica hujus vocis
est acceptio, ut docet Galen. *com. in 6. epid. s. 2. r. 38. ἰχωροειδὲς
αἷμα* afferens non esse ἀπλῶς λεπτὸν καὶ ὑδαταδες, verum μέλαι-
να ἰσθὺς καὶ κακοήθης θύναμιν, quam à corruptione obtinet
idq; hujus cacochymia: ἰσθὺς καὶ κακοήθης, præter symptomata,
communē morē modumq; excedentia, quibus affectus hic sine
pari luxuriat, contagii ratio, quo mediante variè sese propa-
gat, satis videtur evincere; quod in nullo aliâs melancholico
comparat morbo: Ut nihil jam de pulsu addamus, qui eam ar-
guit malignitatem, ut Italo Medico possit videri mirum, ho-
minem cum eo posse superesse, ut scribit Engalen. *obs. 35.*

XXII. Non solum autem serosam & ichorosam, sed
& sanguinis, accusamus in definitione, Cacochymiam: ut
constet, *partim*, produci eam cum sanguine in iisdem *αἷμα-
τώσιν* officinis; *partim*, contineri iisdem sedibus & recepta-
culis,

tuis, venis nim. & arteriis, *parim* mediantibus iis transfer-
 ti in easdem regiones corporis: Quod tamen de receptaculis
 dico, cum grano salis erit intelligendum; cum confet, ple-
 rumque naturam, antequam victa manus insultanti adver-
 sario prabeat, omnem vim vitiosæ illius cacochymix, ex com-
 munitibus illis *λεωφόοις*, venis puta, & arteriis, ad ignobilio-
 res in intimo corporis recessu angiportus, mesenterium, pan-
 creas, omentum, maximeq; celebrem illam inter ventricu-
 lum septumque transversum, cavitatem, cujus mentionem
 facit *Hipp. 7. aph. 56.* transmittere, & à vitæ fonte quàm lon-
 gissimè quidem licet, amoliri. Unde tamen sæpius restagnans
 mephitis cum vehementiâ symptomatum affligit, & exacer-
 batur: Ut non sine evidenti experientix consensu dixerit,
Fernel. l. 6. de part. morb. & sympt. 7. Ego, inquit, hoc affirmo,
& prosteor, cholera, melancholia, diarrhaea, dysenteria, cachexia,
atrophie, languoris, lentarum errantiumq; febrium, latentium de-
nig, morborum causas, me in his plerumq; sedibus animadvertisse,
quorum depulsione deploratis salus redderetur.

XXIII. Cæterùm cum hætenus multi fuerimus in se-
 rosâ hac & melancholicâ asserendâ cacochymiâ, tanquam
 unicâ hujus mali causâ; nemo tamen propterea arbitretur,
 nos planè omnem reliquorum vitiosorum humorum pro-
 ventum penitus ire exclusum: testatur experientia, magnam
 sæpe colluviem biliosorum & pituitosorum humorum, cor-
 poris, pleno alveo inundare œconomiam, & cum principali
 causâ ad impugnandam naturam concurrere. Hinc Sennerti
 observatione *lib. de Scorb.* constat, sanguinem in Scorbuticis
 glutine obduci nunc albo, nunc virescente nunc etiam fla-
 vescente,

XXIV. Cacochymix dictæ causam meritò reduci-
 mus in definitione *ad frustratâ functionem naturalium primæ & se-*
cundæ coctionis viscerum, quorû cum sit officium, acceptû ex-
 trinsecus alimentum ita elaborare & perficere, ut separatis in-
 utilibus partibus reliqua portio ad optimâ & corpori alendo
 aptissimam formâ coctione redigatur; si in hoc qualicumq;
 munere deficient, si ve id fiat ex proprio contracto vitio & di-

spofitionibus p. n. impressis; siue culpâ alimentorum extrinsecus subeuntium; mirum profectò haudquaquam erit, si cruditas quædam univèrsa massa sanguinæ impressa ad ulteriorem, & specificam quasi corruptionem ansam suppeditet largissimam, cum cruda semper majorem ad corruptelam soleant habere inclinationem.

XXV. Hanc autem cruditatem, quæ ceu *περηγέρμαρον* quoddam *ἀπτον* Scorbaticam proximè præcedit cacochymiam, alii aliter determinant, *Dodonaus* & cum eo *Horstius* *tract. de Scorb. f. 1. §. 10. μόλυσιν* appellat, quæ est elixationi opposita *ἀπεψία* humoris in corpore indefiniti, contingitque teste *Philosopho* 4. *meteor. 3. ob defectum caloris in circumfuso humido: defectus autem caloris provenit vel propter copiam frigiditatis humoris in eo, quod coqui debet, tantam, ut calore circumfusi humoris vinci & mitigari non possit.* Quæ verba *Aristotelis* quamvis propriè non loquantur de illâ coctione, quæ fit in animalium corporibus, non tamen adeò malè ad eam possunt accommodari, cum etiam alimenti in corpore concoctio sit similis *ἐψήσις*, quod in humido & calido à caliditate corporis fiat, esse eod. *Philos. loc. cit.* possuntq; illa procul dubio referri ad eum lienis usum, quem eidem tribuit non solum ipse *Aristoteles*, sed & antiquior eo *Hippocrates* noster; consistens in attrahendis & divertendis ex ventriculo superfluis humiditatibus; qui si usq; invertatur & Lien suo sine frustretur, dubitari certè non debet, quin invertatur simul & ventriculi *χύλωσις*, & ipsius etiam hepatis sanguificatio, alimento nimia humoris aquei commistione viciato, adeoq; loco coctionis *μόλυσιν* potius & alimenti inquinatio subsequatur.

XXVI. Quod negotium paulò aliter explicant *Medici* & *Chymici*. Cum enim non tam in elixatione, quam fermentatione quadam & alimentorum *πνομασίωσις* coctionis vim, in animantium corporibus ponant, hanc etiam dictam *μόλυσιν* ex *πνομασίωσει*, illius defectu & frustratione judicent necesse est, fieri eam existimantes, cum pars cibi crassa ac tartarea, siue quod idem est, sal ille esculentus & fixus tartareus, copiosè ingestus fixam naturam deponere ac rare fieri, volatilis

illis deniq; & animalis reddi nequit, & partes impuræ, inutilis, ac tartareæ ab utilibus & puris non separantur, sed cum iis permixtæ permanent; quam sententiam latè explicatam vide apud *Cl. Sennert. tract. de Scorb. c. 2.*

XXVII. Si conciliare in speciem dissidentes sententias licet, non ad eò *ἀσπονδον* videtur in iis esse bellum, quò minus reconciliatis animis in unum conspirent atq; consentiant, præsertim cum intercessorè habeamus ipsum artis nostræ Antistitem magnum Hippocratem, ex cujus fonte ut profuxit illud Aristotelis de Lienis usu dogma, ita non minus etiam Chymicorum & Medicorum de fermentatione atque exaltatione humorum per *πυρμάτων* quandam, deducta est sententia; quemadmodum illius formentationis, quâ humores rare fiunt, exaltantur & ut loquitur *μετεωρίζουσαι*, mæminit *3. de vict. rat. in acut. 38.* Loquuntur nimirum illi de aquosâ & tenui materiâ, quæ copiâ suâ coctionem interturbando efficit, quò minus id, quod fixum est, fieri volatile possit ac corporialendo conveniens; *his* potiss. loqui placet de crasiore & tartareâ illius cacochymicæ parte, quæ, tum propter aqueæ illius materiæ copiam, tum ex propriâ naturâ ad hujusmodi *μετεωρισμόν*, qui ipsi ad id, ut alere possit, debetur, est inepta & minus idonea.

XXIIX. Quomodo cunq; res sese habeat, hoc certum est, *μόλυνσην* hanc, sive frustratam viscerum naturali facultati addictorum functionem, ad duo referendam esse capita, viscerum præter naturalem dispositionem; & rerum extrinsecus advenientium vitium: *Galen. l. 3. de symp. caus. c. 11.* Id fieri dicit vel propter *δύναμιν ἀλγὴν πεπονηθεῖαν*, vel propter *ἔξωθεν τινὰ πλημμέλειαν*. Ad exactiorem morbi cognitionem assequendam utrumq; considerabimus initio factò ab interno partium vitio, quod *abdicam* morbi causam *Celsus* appellat.

XXIX. *Lieni* primas in hoc nocendi negotio supra assignavimus, habemusq; in eo *σύνψηφον*, magnum nostrum, *Hippocratem*, qui unicè in *Lienem ὑπερλον* affectum hunc refert; habetq; ille procul dubio suæ sententiæ subscribentem *Aristotelem* quando *3. part. 7. ἀντὶ τοῦ περιττώμα*, inquit, *πλεῖον ἢ, ἢ ὀλιγότερον*.

ὁ θέρου ὁ ἀπλὴν νοσοικερά γίνεσθαι, (τὰ σώματα) πλήρη τοῦ φησὶ.
 Quibus simul verbis, planè ad Medicum captum, *Lienis* dispo-
 sitiones p. n. ex quibus in Scorbuticum hoc malum itur, de-
 scribit *Philosophus*: Vel enim copiosius ad *Lienis* recessus at-
 tractæ *αὐτὴν μάλιστα ἀπὸ τοῦ σώματος*, in tumore eundem elevant; quod
 per intemperiem ejus calidam fieri potest quàm promptissimè
 ceu ostendit *Hipp. l. de morb. mulier. Fit splen. aquosus*, in qui-
 ens, ex hujusmodi affectione, cum febris habuerit, & non dimise-
 rit hominem, & sitis ipsum corripuerit fortis, & biberit, ac non
 revomerit: Vel ipse frigidior factus à chyli & sanguinis offi-
 cinâ humiditates superfluas nec sufficienter divertere, nec cō-
 coquere aut in sui generis sanguinem elaborare potest. *Hippo-
 crati* aecedunt ex recentioribz *Ronsseus, Horstius, Reusner*, alii.

XXX. Nobis hic placet *Cl. Sennertus*, qui non sem-
 per necessarium esse putat, primò affectum esse *Lienem*;
 (quamvis id tamen fieri frequentius non sit negandum) cum
 sæpè plus huc cōferat *Epar*. Sic in quodam, *Hollandiæ præside*
Scorbuto laborante magis *epar*, quàm *Lienem* affectum fu-
 isse prodidit *For. l. 20. obs. 11*. Vidit *Reusner. l. de Scorb. exer.
 4. f. 199*. viri cujusdam *epar* unà cum folliculo reductæ jecino-
 ris regioni subnexo corruptum, callosum, ἰδατόχλοον & ad
 sanguinis generationem nauci; *lienem* verò magnitudine,
 flore, ac colore cum hepate sano certantem. De *Bellarmato*
JCo refert *Vesal. l. 5. c. 59*. ejus *epar* contractum & magnâ ex
 parte consumptum, *lienem* contra magnum, mollem, sanis-
 simi jecoris instar fuisse coloratū. Procul dubio itaq; quando
 ob qualemcunq; debilitatem, sive ab intemperie, sive obstru-
 ctionibus & scirrho contractam muneris suo oblitum *epar*,
 in *Lienem*, huic oneri ferendo non supparem, ἀμολώσιως ne-
 gotium devolvit, cruditatem talem, ex quâ *Scorbutus* posse
 propagari, generari necesse est.

XXXI. Etiam *reliqua viscera* si non primâ ratione, sal-
 tem tamen ut causæ adjuvantes cum *Epate* & *Liene* concur-
 rere possunt. De *ventriculo* non dubium est, quin plurimum
 huc possit facere, cum, quod in primâ digestionem contrahitur
 crimen, rarò soleat elui in secundâ aut tertiâ digestionem.

XXXII. Præter

XXXII. Præter manifestas jam enumeratas viscerum dispositiones plerumq; occulta quædam iisdem inheret *diætesis* cum ipso parentum seminio impressa, malo huic occasione præbens. Unde plerumq; fieri videmus, ut Scorbutici generent similem prolem, nisi fortè unius parentis semen dispositionem ab altero impressam corrigat atque emendet. Mirum est, quod scribit *Reusn. exer. 5.* etiam in nepotibus demum affectum recruduisse, & virus suum exseruisse.

XXXIII. Post viscerum dispositiones ad *externas & procatarchicas* Medicis dictas provehimur causas, quæ sæpe sola citra præcedens viscerum vitium ad inducendum Scorbutum possunt sufficere, ut monet *Sal. Albert. de Scorb. §. 58.* in quarum classe principem locum tribuimus CONTAGIO, propter quod integra sæpe familia Scorbuto inficiuntur, dum assiduo, ut loquitur *Reusn. exer. 6.* commensio aut qualicunque accessu ad corpus *δι' ἐπιφύην ὀνυαί χρωσιν*, vitiatos vapores attrahunt, vel gingivis corruptis ex iisdem poculis bibunt, ex eadem paropside commessantur, vel effusione osculo salivam ab ore excipiunt. Quin & ab halitibus & foetore cadaverum Scorbuto extinctorum contagio malum fuisse propagatum observavit *Senn. c. 1. §. 4. de Scorb.*

XXXIV. Post contagium excutiendus nobis erit *SEX RERUM NON NATURALIUM* Campus, in quo copiosissima etiam nocendi seges emergit: Primò *AEREM* quod attinet, ad hujus morbi productionem & exaltationem, facit omnis frigidus, crassus, densus, caligine circumfusus, uliginosus, salus, alienâ permissione inquinatus, qui ut *Fern.* loquitur, *lib. de caus. morb.* Spiritus obscurat, sanguinem & humores densat, ac labefaciat, cor mœstitiâ perstringit, mentem obumbrat, corpus degravat atque densat, & oppresso, atq; debilitato nativo calore coctionem laedit, supervacuumque dissolutionem cohibet. Talisque aer dependet vel *ab anni temporibus*, quorum propterea maximâ providentiam nos habere jubet *Hipp. l. de aër. ag. & loc.* Unde *tempus vernum*, etsi sit saluberrimum aliàs, ac minime morbis, qui mortem afferunt, obnoxium, tepore tamen latentes diffunden-

do

do humores ad extima, & corpus ab exorbitantibus fuccis atraque bile exonerando, Scorbuti latentem causam commoveret, de quo 3. *aph.* 2. *Autumnus* contra humores in internos retrudit mæandros & melancholiæ patrocinator, *αὐτομυαλιὰ* sua quàm maximè peccans de quo 3. *aph.* 22. Pertinent huc etiam ea anni tempora quæ à nativâ suâ indole desciscunt, de quibus *Hipp.* 3. *aphor.* multa: Unde *Rossæus* testatur, quod cum Anno 1556. pluvix essent perpetuæ, flantibus Austrinis ventis, Favonioque, sequenti anno plurimi correpti fuerint Scelotyrbæ. Etiam aër variat secundum ventorum varietates: Hinc inter ventos austrinus fundendo, aquilonaris exprimendo nocet 3. *aph.* 5. & 17. Tandem etiam regionum & locorum differentix huc faciunt, fiuntque ferè Scorbutici qui loca inhabitant palustria, *Hipp.* lib. de aer. ag. & locis. *Gal.* l. 3. d. *Hum.* c. 4. Hinc *Stegkiius* l. 4. *med. pract.* c. 13. locis aridis ferè ignotum, paludosis frequentem esse scribit Scorbutum. Et jam olim *Olaus Magnus* l. 16. c. 51. intra frigidam & humidam murorum exhalationem foveri Scorbutum, intra tabulata mitescere prodidit.

XXXV. ESCULENTA & quantitate & qualitate peccantia ad nocendum non minus sunt comparata: Talis est excensu vegetabili panis bis coctus, minus à furfure liberatus; ex corrupto frumento confectus *Gal.* 4. de nat. hum. com. 3. cui lolium admixtum copiosius 1. de alim. fac. c. ult. legumina ferè omnia, qualia sunt fabæ, pisa, lentescicera &c. ut enumerat 1. de fac. alim. c. 16. ex quibus cum sint concoctu difficillima, & pravi succi, flatu, humores crassi & sanguis ad carbunculos, & similes morbos melancholicos aptus generatur l. 1. de alim. fac. c. 4. & 4. & viét. mt. in acut. *aph.* 29. olera etiam, qualis brassica 1. de diff. febr. c. 3. Cæpæ, allium 2. de facult. alim. c. 44. Ex quadrupedum classe, carnes bubulæ, hircinæ, annosorum animalium 3. de loc. aff. c. 7. rancidæ fale fumoque multo induratæ, quibus induci Scorbutum quibusvis ægritudinibus tristiozem *Olaus M.* l. 9. c. 38. scripsit; Lardum è subolidis succidiis mucidum, sicu veternoque maceratum; lactificinorum usus, casei cum primis veteris. *Hipp.* 5. *aph.* 64. *Gal.* 3.

Gal. 3. de loc. aff. 7. Ex avium genere, quæ in stagnis & paludibus degunt, quarumque carnes excrementitiis humiditatibus abundant, unde difficulter coquuntur. 3. de facult. alim. 19. Piscium etiam generi sua nocumenta; maximè peccant lacustres, marini, concoctu difficiles, sale, vel multo atro fumo, vel ad solem exsiccati, quales aselli; haleces etiam crudæ, conditaneæ, passæ sive infumatæ, aliæque ejus generis, de quibus plura Practici.

XXXVI. Descendimus ad POTULENTA inter quæ aquarum etiam maxima ad nocendum scelera *Plin. l. 25. c. 3.* Talis est palustris, cui magnorum licinum productionem præter *Hipp. de aer. aq. & loc.* adscribit *Gal. 1. de diff. febr. 3. nivalis*, quæ exinde, ἰδαίται Φλεγμῶδεςαῖμα & βεργυχῶδεςαῖμα *lib. de aer. aq. & locis* appellantur, per metallica fluentes loca, quales sunt quæ Carinthiam & Stiriam præterfluentes branchocelen propterea facere crebram illi regiõni traduntur. *Ex iis cerevisia* parata, sæculenta, paucò lupulo condita, eas noxas habens, quas describit *Diosc. l. 2. c. 79. Vina* denique crassa & nigra *Gal. 3. de alim. fac. c. 40.* Etiam quædam tenuia, qualia *Jencensis*, quibus parùm inest spiritus, humano corpori cognati, multum phlegmatis illaudati, tartarumque copiosum. Unde, licet minus articulis tartari crassities, inepta ad penetrandum, sit noxia, oppilationes tamen exinde certissimæ splenis, aquosæque & serosæ substantiæ accumulatio.

XXXVII. Hactenus ex res non naturales, quæ *endemiorum*, plerumque morborum solent esse productrices causæ, ut testatur. *Gal. 2. de nat. hum. com. 3.* Sequuntur reliquæ res non naturales, quæ fovere, aut ad minimum concitare illas priores possunt, vulgò *Ἰπποδουαται* dicta: vita nim. iners & deses, somnus supinus & immodicus, immoderatæ vigiliæ, exercitia intempestivè suscepta, animorum perturbationes, in primis curæ & mæror, statæ & solennes, tam in maribus, quàm in fœminis, evacuationes per hæmorrhoides & menses interceptæ &c. Quæ omnia coctioni officere, serosæque & melancholico generando & detinendo succo occasionem præbere possunt.

C

XXXIIX. Huc

XXXIIX. Huc etiam referenda sunt febres, quæ crassiores adurendo partes malum possunt inducere & exacerbare. Quò tendit Aërij præceptum l. 2. c. 22. qui convalescentibus à febre melanagogum exhibere jubet, ut ita humoris corrupti fax per assationem crassior reddita propter cõsumptionem tenuioris sanguinis particulæ exputgetur. Cum primis verò *quartanis* febribus succedere solet Scorbutus, ut notat Senn. de Scorb.

XXXIX. Hactenus causæ Scorbutum inducentes: reliquum foret, ut affectuum quoque p. n. & symptomatum, quibus variè ludit hic morbus, faceremus mentionem, ostendentes modum, quo cacochymia hæc Scorbutica ad diversa in diversis partibus inducenda accidentia p. n. concurrat; sed cum id ipsum in proclivi sit illis, qui generalem morbi naturam, ut cunq; *πρωχλωσ* à nobis adumbratam, in conspectu velint habere; eo labore hic brevitate causâ supersedebimus, tantum operam dantes, ut potissima enumerando symptomata ad *diagnosin* hujus affectus accomodemus, initio factò ab iis quæ Pathognomonica dicuntur.

XL. Horum duo sunt, etiam veteribus prodita, *Stomacace* & *Scelotyrie*, quarum illa sese prodit gingivarum tumore laxo ac fluido, *venε τής τρωχλωσσιδ* sive partis lingue subjacentis à sanguine turgentia; gingivarum pruritu; exulceratione; cruentatione; fetore; putredine & syderatione; carnis ad dentium radices consumptione; dentium vacillatione & casu &c. hæc crurum infirmitate; rigore & convulsione; eamque insequente dolore gravativo; resolutione; macularum infemoribus & labiis efflorescentia, primò rubentem, hinc flavum, virescentem lividum, nigri cantem exprimente colorem; earum in squamulas resolutione; tumore crurum laxo & pituitoso, digiti impressi vestigium servante; atrophia; & denique ulceribus siccis, cicatricem difficulter admittentibus.

XLI. His addidit nostrorum Medicorum, cum primis Eugaleni observatio, *urinas & pulsum*, ex quibus solis sæpe morbi datur cognitio: Urinæ quidem variæ hic sunt, initio
tenues

tenues & citrina, materiã tartareã in Scorbuticis subsistente:
hinc paulatim crassa & albã; humoribus magis corruptis,
rubrã & lixivii splendorem referentes, cum arenulis conco-
loribus matulã parietibus adherescentibus; quod quando
cõtingit sine ullis, aut saltẽ levibus putredinis signis, sitisq; in-
tensioris absentia, certissimum *Eugaleno* p. 34. Scorbuti præbet
indiciũ, de quo etiam vide *Senn. l. 3. prax. p. 8. f. 2. c. 7.* eã-
dem interdum turbidã sunt & permanent; interdum clare-
scent, & rubrum sedimentum, quod farinam *laterum* refert,
ad fundum deponunt; interdum multã cruda & pituitosa
excrementa supra sedimentum quasi suspensa hærent &c.
Pulsus solet esse parvus debilis, inæqualis, ac sæpe vermicula-
ris; nonnunquam magnus & durus absque inflammatione;
animi deliquio imminente ferẽ fortior, propter summam ejus
necessitatem, & quod cor vapores expellere unicẽ nitatur. De
quo plura apud *Eugalen.* p. 32. & 74.

XLII. Reliqua signa & symptomata fere communia
sunt, & Scorbutum ab aliis cachexiã speciebus vix separant,
lassitudo nim. spontanea, gravitatis circa abdomen & crura
sensus, difficilis respiratio, & pectoris angustia, corporis, præ-
ter solitum agmentum, cum coloris vividi ad lividum mu-
tatione, aliaque, ejus generis, quæ Scorbutum in principio
morbi suspicari nos potius, quàm certò cognoscere faciunt.

XLIII. Imò præter hæc enumerata plurimi sæpe alii
morbi & symptomata in morbi progressu sese adjungunt:
hinc febres variæ, nonnunquam intermittentium inordina-
tarum, quotidianarum, tertianarum, quartanarum, nonnun-
quam continuarum, imò & malignarum naturam æmulantes;
alvi suppressiones; ejusdem immedorata fluxiones, in pericu-
losam subinde dysenteriam terminantes; vomitus; nausæ;
paralysis; motus convulsivi; epilepsiæ; deliria; affectus sopo-
rosi; lipothymia; dolores artuum vagi; dentium dolor; ven-
tris tormina; pleuritis; erysipelata; hydrops; cachexia; *atrog-
Pha*; gangræna; aliaque plurima tam in naturali, quàm in vi-
tali & animali facultate symptomata, de quibus præter *Sen-
nertum* copiosissimè per exempla procedentem videre licet
Eugalenum.

XLIV. Quia verò non semper pathognomonicis sese
signis, maximè sub initium, prodit Scorbutus, imò sæpe sub
aliis affectibus delitescens prius jugulare potest, quàm co-
gnoscat; præter usitatum ab effectibus signorum fontem,
ad *causarum* etiam considerationem statim in initio est con-
fugiendum. Unde perpendendum esse monet *Cl. Sennert.* si
de Scorbuto suspicio incidat, an in regione tali vivat æger,
cui aliàs morbus hic est endemius; an crassiore victus ratio-
ne fuerit usus; an parentes habuerit Scorbuticos; an ipse sit
splenicus; an laboraverit aliquando morbo melancholico;
an iis, quæ morbum curant, remediis, sese sublevari sentiat &c.
Quibus omnibus si postmodum symptomatum enumerato-
rum *συνόργανον* conjunxerit, non facile in cognoscendo mor-
bo fallitur.

XLV. Absolutis iis, quæ ad Scorbuti *Διόγνωσιν* spe-
ctant, ad *αεθύωσιν* accedimus, referentes nos ad tria usitata,
prædicendi capita, initio facto I. à SALUTIS ATQUE
MORTIS signis quæ nobis suppeditabit *virium cum morbo
comparatio.* *Salutem* arguet virium robur, ætas florens, cor-
pus robustum, & quantum fieri potest, *ἔυχυμον*, sexus virilis,
minor à naturali statu recessus, malum incipiens adhuc & in
herbâ, contagio potius, quàm diætæ erroribus inductum &c.
mortem contra & *periculum* portentent his contraria, sexus
seQUIOR, corpus exsuccum, macilentum, ætas puerilis, seni-
lis, causæ longo tempore ad Scorbuti generationem concu-
rentes, malum cum semine & lacte materno propagatum, na-
turalis corporis ad hunc recipiendum morbum dispositio,
incurabilium morborum, ut scirrhi epatis, lienis &c. comp-
licatio, viscerum inter se notabilis *ἀντιρροΐα*, functionum
naturalium, vitalium & animalium major exorbitantia, ex-
crementorum denique & qualitatium corporis à naturali sta-
tu recessus insignior &c. De quibus in specie consulendi sunt
Præticorum libri.

XLVI. Succedunt II. signa LONGITUDINIS
ET BREVITATIS morbi; de quibus tamen, in specie
vix multa dicere licet. *Genus* morbi per se *longitudinem* &
Chroni-

Chronicum designat affectum, qui tantò erit diuturnior, & ad curandum contumacior, quò diutius in corpore hæserit; quò magis à consuetâ victus ratione pravâ sensim iñtroduc-tus radices egerit; quò convenientior naturali constitutioni fue-rit; quò denique minus salutaribus Medici præceptis sese ægrotus morigerum & obedientem præbuerit. Sin hæredita-rium hicholpes accesserit malum, vix integrè ejicietur, depulsusque ex levi occasione cum majori violentiâ antiquum repetet hospitium.

XLVII. Quod denique III. MODUM EVENTUS sive EXITUS spectat; ad salutem ille sapius flectet lento potius & testudineo gressu, sensimque post multas evacuaciones atq; alterationes desinet: quandoque tamen ad melius, eriti-câ quasi evacuatiõne per narium humorrhagiam, per men-sium & hæmorrhoidum fluxum transmutabitur; interdum dysenterico alvi fluxu concitato solvetur ex 6 aph. 48. nisi hydrops ex debilitate supervenerit 6. aph. 43. In pejus & ad mor-talitatem lento terminabitur gradus per cachexiam, hydro-pem, atrophiam &c. non raro tamen subito etiam & synco-pe inductâ jugulabit eos, quibus respiratiõ difficilis, & pecto-ris angustia solet esse subinde molestior; etiam inductâ apo-plexiâ, convulsione; caro, febribus continuis &c. more acu-torum è medio tollit.

XLIX. Præmissâ prognosi ad ea, quæ maximè pro-pria sunt Artii, quorumque causâ inventa est Medicina, accedimus, Præservationem & Curationem. PRÆSERVATIO, quæ oberrantem in confinio hostem naturæ insidias struen-tem, præmunitâ idoneo præsidio corporis arce, excludit, & à suis pomœrtiis arceat, id ager, ut novis rebus studentem civem in ordinem redigat, viscerum dispositionibus correctis, ob-structionibus reseratis, vitiosis humoribus expulsis, rebus sex non naturalibus ad mediocritatem reductis: Quæ omnia cum ex iisdem, quæ Curationi quoq; inserviunt administren-tur præsidiorum fontibus, uberius non persequemur, sed re-ctâ ad Hippocratem accedemus, si hoc unicum, prius addideri-mus, esse convenientissimum verno, potissimum & autumnali

tempore administrare ea, quæ *preservandi* causâ circa corporis tutelam suscipiuntur, cum eo tempore plerumq; majores, ab hoste imminente metuendæ sint insidiæ.

XLIX. CURATIO admittum jam in corporis munimentum, ferroque & flammis quasi in viscera grassantem, vi & armatâ manu repeller hostem, constitutis secundum methodum consuetis INDICATIONIBUS, quarum PRÆSERVATORIA cacochymiam ichorosam & melancholicam convenienti modo alteratam ac præparatam evacuare; CURATORIA dispositiones partibus impressas specificorum usu legitimo corrigere & emendare; VITALIS denique victus rationem secundum morbi ideam institueri & moderari jubebit, depromptis *præsidis* ex triplici usitato remedium fonte.

L. Tutissima, ad expugnandam morbi *Chronici* pervicaciam, præsidia, consistens in legitimo rerum *sex non naturalium* usu, I, DIÆTETICUS, fons suppeditabit ad eam omnia redigens formulam, ut *vitali indicationi* virium conservatione, *curatoria* rerum p. n. satisfiat impugnatione. Utrumque ea fiet lege atque omine, si AER recipiatur calidus & siccus, purus, pravis & salis exhalationibus minimè inquinatus; si natura eum denegat, (nec vitare licet loca in quibus *ambulant mortui*, ut de *Cariâ* veterum est dicitur,) arte correctus, accenso luculento ex lignis *laurino*, *juniperino* &c. focis; excitato suaveolenti ex *styrace calamit. asâ dulci, gnanis juniperi* fumo: Si CIBUS admittatur *ἔυχου*, *ἔσπερι*, ex parte *σπυρι*, ad partium robur, possidens *δύσμου*; in specie panes siliaginei, secalini, optimè fermentati, anisi, cumini, salis momento conditi; carnes vitulinæ, hædinæ, juvencorum trimestrium, vervecum; ex volucrum genere domestico, columbarum juvenum, gallinarum pullastrarum, gallorum veteranorum & senescentium carnes; ex sylvestrium genere gallinarum betulacearum, phasiani, perdicis, turdorum, galeritarum, quarum tamen nominandi quàm edendi pauperioribus magis solet esse copia; inter pisces saxatilibus prima dos est, lacustres & marini nullius rei existentes ad rusticos.

ficorum & exactè sanorum mensas relegentur: embamata ex nasturtio, aquat. cochlear. raphan. sylv. sinap. cappar, aceto madefactis, saccharo adjecto pauculo; aromatum usus non erit etiam improbandus; juscula ne sint nimis frequentia; jus consummatum caponis rectè commendat *Reusner*; ex. 8. non æquè tamen caponis aquam destillatam, cum frustra ex fixis animalium carnibus ad alembicum aliquid expectetur; jus galli veteris cum in hoc, tum in aliis quoque affectibus chronicis cum successu usurpatum novimus. In POTU cerevisia eligatur bene defæcata, alterantibus & aperientibus correctæ; vinum odoratum, subflavum, quale Rhenanum, cæteris præstabilius; inter artefacta absinthites, chamædrites &c. Lactis usus in *argopdia*, seri in absterfione, præfertim si in eo ebullierint antiscorbuticæ, commendatur. Reliquas *res non naturales* ita admitemus, ut subinde ad illud Hippocratis *περὶ ζωῶν* oculos reflectamus: Cum primis animi curas edaces tristitiamque proscribemus, & à nobis ablegabimus, scientes rectissimè ab Eugaleno dictum, conjunctam cum crassiore victu diurnam tristitiam, certissimum esse vel præsentis vel adventantis ad corporis Oeconomiam destruendam Scorbuti indicium.

LI. Si morbo expugnando non suffecerit diætæ moderatio, transitus erit II. ad CHIRURGIAM; in quâ princeps VENÆSECTIO, locum habens, si corpus fuerit plethoricum, cacochymia minor, si à subsistente sanguinis evacuatione proficiscatur malum: Quâ ratione natura liberabitur à copiâ, viæ reddentur laxiores, humores ad purgationem promptiores. Observabimus in ejus administratione,
 1. TEMPUS, morbi nim. principium, nec temerè, maculis præsertim in inferioribus partibus erumpentibus, naturam turbabimus, intempestivam molientes vacationem;
 2. QUANTITATEM, cum cacochymia natura liberaliores sanguinis profusiones respuat;
 3. DELECTUM, ubi audiendus *Galen. 2. ad Glauc. c. 2. & 13. m. c. 10.* qui in affectibus splenis sinistra manus venas interiores secare jubet: *Salvatellam* sinistra in hoc affectu *For. l. 20. obs. 11.* experientiâ edoctus.

edofius plurimum celebrat; ejus rei alii aliam dant rationem, nobis *Spigel. l. 5. c. 7.* probabilia videtur dicere; ad derivationem crassiores ad crura tendentis sanguinis *venam poplitis aut malleoli, Ronseus commendat lib. de magn. lien. c. 8.*

LII. Venæsectionis vicem obeunt M E N S T R U O R U M P R O V O C A T I O ; & H Æ M O R R H O I D I U M A P E R T I O ; hanc insigniter in omni morbo valere melancholico ex *6. aph. 11. & 21. & 4. de sanit. tuend. 2.* constat. De rectâ venarum hæmorrhoidalium usu & administratione præter *Sennert. Instit. videndus Aquapend. de administr. Chirurg. cap. propr. Zacut. lib. 1. hist. Med. Princ. p. 17.* In nostris regionibus, in desuetudinem eas deduxit administrandi imperitia, consente *Ampliss. Dn. Præside.*

LIII. Post Chirurgiam ad PHARMACEUTICUM devehimur campum; ubi in primo agmine prodeunt LENIENTIA & *ἑμμεναι*, quæ segniorem alvum officii sui moneant, & vitiosam ventris primarumq; viarum saburrâ ex corporis culinâ everrant; Præmittuntur ea omni Venæsectioni, sive per os propinata, sive formâ clysterum sedi injecta. Non penitendum eorum catalogum habent *Sennert. Instit. & in praxi pluribus in locis Heurn. meth. ad prax. l. 1. c. 20. Steghius Med. Pract. l. 1. c. 20.* aliiq; passim. Unguentum ad Clysteres egregium habet *Reufner. exerc. 7. de Scorbut.*

LIV. Ut Venæsectioni lenientia, sic purgationi præmittenda PRÆPARANTIA ex consilio *Hipp. 2. aph. 9.* ne ea subsequantur purgationem intempestivam incommoda, quæ recenset *Gal. in com.* Ejus generis sunt, quæ succum terrenum ac fæculentum colliquant, molliunt, tenuant, incidunt, dissipandoque abstergunt, ut loquitur *Sal. Albert. de Scorb. §. 266.* in quo censu æstimantur *rad. quinq; aperient. scorzon. eryng. eichor. enul. campan. acetos. & liquorit.* ad cæterarum caliditatem & siccitatem temperandam; *rad. aronis, cort. rad. cappar. & tamarisc. fraxini, sambuc. fol. cuscut. capill. Ven. centaur. min. borrag. bugloss. acetosa* ad reliquorum contemperacionem; *fl. genist. cordiales*, ad corrigendam siccitatem cæterorum; *sem. anis. fanic. passul. maj. & min.* ex quibus varia apozemata, quæ

quæ magni in hoc affectu usus, concinnantur, additis *Syrupis de fumar. bugloss. de cori. citri, de s. radic. capill. vener. byzant. s. & comp. oxym. s. & compos. scyllit.* Chymicis in magna æstimatione est *fac. aronis*; ex *¶*ro etiam parata, in quibus ea cautio valet, quam habet *l. 3. p. 3. c. 4.* Sennertus noster; subinde inter ponantur clysteres emollientes ex *Aëtii* præcepto *tetrab. 2. serm. 2. c. 15.*

LV. Præparantibus succenturiantur **PURGANTIA**; sed fugienda hic ante omnia *ἐλατήρια καὶ μοχλικά.* Ex usu erunt *senna, polypod, q. rhab. mechoac. gialap. agar. trochiscat. electuaria off. lenitiva, diacatholicum sennatum Horst. in obs. Aloëtica* non erunt hoc loco rejicienda, in iis pil. de *aloë rosar. aloëphang. mastichin. ¶rea, de fumar. aggregativ. Confectio-nem hamech* in substantiâ sumptam damnat *Senn.* non magni etiam æstimat *Solenander*; infusa erit mitior; Ex Chymico *foto extinet. & balsam. aloët. Reusn. extr. panchym. Croll. helleb. nigri, innocens, si ritè usurpetur, medicamentū.* De horum usu & administratione agere nõ permittit instituta brevitás.

LVI. **VOMITORIA** suum quoq; habent in hoc affectu locum, cum plerunq; in melancholicis & Scorbuticis ventriculus & loca vicina multâ vitiosi succi saburrâ abundant; quod testâtur præ cæteris crebræ salivationes & nausæ. In usu tamen *τὸν ἐμετικὸν* oportet *ἐυλαέσειν* circa eos, qui lipothy-miis sunt obnoxii, quibusq; circa præcordiâ viget angustia; leniora hic sufficient; si paulò fortiorib; erit locus, *el. diasar. Fer. syr. bened. Ruland. mel. belleboratum cum lactis sero, sal Oli veneris Croll. gill. Theophr. essentia genista & c.* ex usu erunt.

LVII. Purgationibus rite peractis, ad *Antiscorbuticâ* erit progrediendum, imò ea sub initium quoque morbi, par-ciori tamen manu reliquis utiliter adjicientur: Ea præter in-signem aperiendi vim, fixa corrigent & in naturam volatilem redigent, viscerum & partium dispositiones impressas emandabunt, imò sola aliquando ad curationem suffici-ent. Inter ea princeps est *coclearia, nasturij* omnes spe-cies, maximè *aquaticum*, sive *Cratæv. & Plin. Dodonæo* dictum; *nasturr. aquat. alterum*, vulgò flos cuculi, *becabunga*, cæterarum *ὀππικροσική*; quibus adduntur *naphan. uterq; cheli-*

D ἀοπ.

don. minus, Gal. & Diosc. in quarto calidum; piperitis, sedum-
minus, vulgò illecebra, non nisi permistione aliorum in ulum
trahendum, monente S. Alb. S. 258. nummularia, trifolium-
aquat. sem. sinapi & eruc. arum, Chamamorus Norwegia fru-
ctus ex Clus. & epistolâ Hoieri in Sennerti scriptis notus.
Quibus alia minoris efficaciz adduntur aperientia, ut absin-
thium, maximè vulgare card. bened. cuscuta, ceterach. centaur.
min. &c. quibus cichor. endiv. acetosell. succus citri, limon.
aurant. adduntur febre præsentè. In compositis usualibus Syr.
Sceleriyb. For. cochlear. compos. ag. Scorbüt. Querc. Dorner.
Doring. aliorum. Chymicis Spiritus, extracta, essentia, ex modò
dictis cochlear. nastur. aquat. centaur. min. sumar. absinth. in-
usu sunt. Quibus adjiciuntur Spir. ☉, ☽, ♃, mistur. s. Elix.
propr. Parc. Spiritus aperitivus Penori, aliaq; infinita naturæ
repagulis referendis accommodata. Pertinent huc etiam
acidule, quarum præconium integrâ epist. habet Rons. p. 76. &
chalybeata, ut chalybs præp. aquæ & vina chalybeata, quale cora-
positum describitur apud Rens. Secretum de Chalybe Gesn. l. 3. ep.
El. Rbas. de scoriâ ferri, El. Chalyb. Mercati. Solenandri f. 4. conf.
19. Crocus & aperie. tinctum & essent. chalyb. &c. quæ omnia
cum antiscorbuticis sumpta mirificè proderunt.

LIIIX. In usu Antiscorbuticorum observ. 1. ut cali-
 diora frigidiorum & temperatorum admistione temperemur;
 utile est vehiculum, lactis serum; 2. ut in succis potius, quàm
 in decoctis aut extractis exhibeantur, ne cum sale volatili eva-
 nescente etiam vis eorum pereat; 3. ut decoctio, si quidem
 ea placet, in vase duplici instituatur, sitque lenior; 4. ut ad-
 jiciantur subinde roborantia, visceribusq; modicâ adstrictio-
 ne amica; 5. ut interpositis evacuantibus, & deniq; 6. ut
 cum sudoris provocatione usurpentur.

LIX. Quia natura lienosos sæpe per vias urinarias sub-
 levat teste Hipp. l. de int. aff. & Gal. 1. ad Glauc. 11. DIURE-
 TICA etiam negligenda nequaquam erunt; in quibus sunt
rad. valer. corr. rad. cappar. & tamarisc. bacc. junip. ex compo-
sitis & præparatis, liquor & syr. diuret. Riv. ap. Renod. salia
fabar. ononidis, urine, succin. volatile, spir. ☉, magister. Pr.
nitratum, ol. baccar. juniper. thereb. balsamus sulphur. therebin-
thinum &c. De quorum usu consulendi Præctici, LIX.

EX. SUDORIFERIS sua etiam laus debetur: In quo
cenſu præter *antiſcorbuticâ* huc pertinentia primas tenent *de-
coct. lign. guajac. ſaſſafr. rad. china & ſarſaparill. vinum gvajac.
apud Reuſner. ex. 7. aqua deſtill. compoſ. ex gvajac. Reuſn. ex. 7.
pulp. carduib. pimpinell. cum aq. fumar. mitbridat. theriac. Ex-
foro Hermetico ſalia abſinth. carduib. centaur. minor. antim.
diaphor. bezoard. mineral. miſtur. ſ. aq. theriac. Præter interna
jam enumerata Laconicum apud Sennert. cum rareſcientibus
in aq. decoctis, nõ erit aſpernandum; ſi quotidie bis je juno ſto-
macho in lecto ſudetur, non deſtituetur bono eventu curatio.*

EXI. Ad ſolatiũ afflictarum à morbi intultu parti-
um ſuis etiam **ROBORANTIBUS** eſt locus: In quibus
VENTRICULO robur afflant *INTUS conf. abſinth. menth.
roſar. Plat. ſyr. de cinam. ſpec. arom. roſat. &c. EXTRA ol.
menth. maſt. abſinth. cerorum ex ladan. pari. duabus; & cerapart.
unã ol. ſtomachale Græc. aliaque plurima à Præcticis hinc inde
deſcripta. HEPATI* profunt, *abſinth. Pont. coma, chamædrys,
fumaria, lupulus; ex compoſitis ſpec. diarr. ſantal. pleris archont.
diarrh. abb. conf. cichor. extract. hepat. Querc. aq. epat. Dorncr.
tinct. roſar. corall. epatic. rub. Saxon. EXTRA* linimenta empla-
ſtra, ſacculi ex modo dictis aliisq; hepaticis parata. **LIENIS**
debilitatem corrigunt præter plurima ſupra enumeta aperientia
& Antifcorbutica ſilicis rad. lingua cervina, *nummularia;*
propter inſignes exſiccandi & adſtringendi dotes plurimum
comendata *S. Alb. §. 267. Ex uſualib; laudè meretur ſyr. de pom.
de fumar. trochiſc. de cappar. EXTRA ol. cappar. ruta, empla-
ſtra ſplenetica, à plurimis paſſim deſcripta, PULMONIBUS*
inſerviunt *capill. ven. hyſſop. rad. helen ſpec. diaireos, balſ. ſul-
phur. extract. thorc. majus & minus. CORDI* denique *conf.
borrag. bugl. ſt. tunic. conf. alchem. de hyacinth. emulſio mar-
garitar. cum aq. borrag. & cinam. plurimaque alia in quibus
hic recenſendis nolumus eſſe prolixi. Omnibus autem his
eosbleariam admilcet Sennert.*

LXII. Quia Pathognomonicos in Scorbuto affectus
ſupra poſuimus *Stomacacen & Sceloryben,* eorum etiam in cu-
ratione eſt facienda mentio. In **STOMACACE** gingivarum
laxitas, putredo, fætor, abſtergentibus, putredinem inhi-
bentibus

tibus, parùm adstringentibus & siccantibus corrigitur: Quibus dotibus excellunt præter alia *aquileg. salv. biforta folia & rad. ros. rubr. myrrb. alumen, Gum. mel. rosar. oxym. scyll. spir. Oli &c.* His adjungenda semper *antiscorbutica cocklear. nasturt. aq. nummular.* fierique exinde possunt collutiones, linimenta, pulveres, & dentifricia. In majori corruptione ex *ungv. Egypt. & merc. sublim.* duro nodo durū quærimus cuneū.

LXIII. In SCELOTYRBE tumores *œdemat. & siccantibus* & discutientibus, ut *lixivio & muriâ* quibus incoerent *bacc. junip. rosar. fl. samb. chamem. sifymb. utrumq.* addito pauxillo *aluminis*, depelluntur. Flaccidior *crurum habitus* adstringentibus, maximè *foru lactis chalyb. aq. ferriat.* inunctio. *ne ol. rosar. cum sale* corrigitur. *Genuum contractiones & rigiditates* emollientium usu, ut *ol. amygd. dulc. pingv. anser. ungv. dialth.* percurantur. *Ulcera* denique moderatè & citra mortuum abstergentibus, *carnem generantibus, cicatricem inducentibus* tractantur, admittis semper specificis. *Becabungam* in *cerevisiâ* coctam *impositamque* laudat *Senn.* *Ungv. diapomphol. pulv. plumb. & sacch. Satur. in limin. redactum* plurimi hic æstimanda; *pilosella aq. desillatam* multi miris præconiis celebrant, in *iisq;* *Sylvaticus.* In magnâ putredine *ol. Oli & Merc. præc. linimentis* adduntur. Ex *emplastris* imponendis locum habent *empl. diapalm. diacalcith. de minio, de turtiâ.*

LXIV. Sunt & plurimi alii affectus *p.n. & symptomata*, quorum in specie curationem tradere illius foret, qui integram dare vellet *Pathologiam Scorbaticam.* Nobis hæc qualiacunq; pro formandi publici discursus materiâ *philiatriis* in medium attulisse nunc sufficiat.

SOLI DEO GLORIA.

Quæsi profligari mediū Scorbaticæ labes
Possit, disquisitis pervigili studio.
Sint multi comites horum conatuum honores,
Et tu agazarum sis Medicina femæ.

Egregios tuos conatus, *BLUMENTR OSTL*, poli-
tiori literaturâ & *Philosophiâ Clare*, in
theoriâ & *Praxi Medicâ*, promotoribus tuis
commendat, *iisq;* omnia fausta precatur

PRÆSES.

F I N I S.


ULB Halle
003 260 119


3



1000







17.

4648,5 14

DISPUTATIO INAUGURALIS!
De
SCORBUTO

Quam
in nomine
S. S. ET INDIVIDUÆ TRINITATIS
DECRETO ET AUTORITATE
AMPLISSIMÆ ET GRATIOSISSIMÆ FACUL-
TATIS MEDICÆ IN ILLUSTRIS SA-
LANA.

PRO LICENTIA
Obtinendi Summos in Arte Medicâ honores &
privilegia Doctoralia

PRÆSIDE
V I R O
Nobilissimo, Excellentissimo atq; Experientissimo,
DN. WERNERO ROLFINCK
Philos. & Med. D. Practicæ & Chimicæ P. P.
celebratissimo, Facultatis Seniore gravissimo, ac
Medico Ducali Saxonico Splendi-

dissimo.
Dn. Praeceptore ac Promotore suo, omni pietatis ac debite reverentia
cultu suscipiendo
placidæ Philiatorum συζητησάδ subjicit
M. LAURENTIUS BLUMENTROST
Mülhuf. Thuring.
ad d. April.

Loco & Horis Confectus

JENÆ. Typis BLASII LOBENSTEINS
ANNO M DC XLIIIX.

